# Urkunde Nr. 20 bis 29

Objekttyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz**

Band (Jahr): **61 (1906)**

PDF erstellt am: **22.07.2024**

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.
Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.
Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

**Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Ein Dienst der *ETH-Bibliothek*
ETH Zürich, Rämistrasse 101, 8092 Zürich, Schweiz, www.library.ethz.ch

**http://www.e-periodica.ch**

preſens priuilegium fieri et sigilli | noſtri munimine iuſſimus inſigniri. Huius autem rei teſtes ſunt. Albertus Magdeburgenſis archiepiſcopus, Engelardus Cicenſis, Gernodus Brandeburgenſis, Conradus Hyldeſemenſis, Heinricus Wormacienſis, Bertoldus Briſinenſis, Albertus Tridentinus Epiſcopi, Hugo abbas Murbacenſis, Heinricus prepoſitus Conſtantienſis | maioris eccleſie, Diepoldus Ma(r)chio de Voheburg, Guillelmus marchio Montis ferrati, Ray. dux Spoleti, Heinricus Comes de Heberſtein, Heinricus comes de Diets, Sifridus comes de Vienna, Comes Vlricus de Vlta. Heinricus de Nifen. Heinricus Wandelbere de Raprehſwile, Albertus de Saxo, Heinricus | de Chieno et alii quam plures.

Schluß wie im andern Exemplar Nr. 20.

Das große Majestätssiegel hängt wohl erhalten.

Druck bei Winkelmann, Acta Imperii I, 228—229 mit Auslassung des Diploms Friedrich I.; Huillard-Bréholles, Hiſt. Diplom. Friderici II, 2, 341—342. Vgl. J. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde II, 1, 494. In G. Tschudis Chronik I, 118 ist aus Bercholdus Briſinenſis ein Baſilienſis episcopus geworden, was Trouillat, Mon. de Bale I, 548 als Irrtum hervorhob; allein Tschudi copierte aus Liber crinitus fol. 46 oder fol. 60 bis 62, wo dieser Lesefehler steht. Kopie im Liber Erni 4—5.

## Nr. 20.

1223, März, Florenz.

Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Stift Münster den Schirmbrief Kaiser Friedrich I. vom 4. März 1173.

C ⁞ (Chrismon). In nomine ſancte et Indiuidue trinitatis. ⁞ FRIDERICVS ⁞ ſecunduſ diuina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtuſ et Rex Sicilie. ⁞⁞⁞ | Qvanto de manu domini potiora ſuſcepimus, quo in excelſo glorie ſolio diuina diſpoſitio miſericorditer nos locauit, poteſtatis plenitudinem nobis deſuper conferendo, tanto ſibi artius debitores aſcribimur et debite nexu gratitudinis obligamur. Et licet inter cetera | que munificentiam noſtram ad opus pie-

tatis inclinant, ad ſuperni largitoris reuerentiam noſtre mentis aciem dirigamus et ei tamen ſpecialiter credimus deuotionis obſequium exhibere, cum ad decorem aule ſue reſpicimus, et ipſius tranquillo ſtatui prouidentes, et libertatem ſuam Imperiali fauo- | re protegimus, et eccleſiaſtica comoda proſequendo liberaliter promouemus. Hinc eſt igitur, quod cum Dietericus, Beronenſis eccleſie prepoſitus, ad noſtre preſentiam acceſſerit maieſtatis priuilegium, quod dominus quondam auus noſter Imperator Frid. diuc recordationis auguſtus, predicte eccleſie ſue in- | dulſerat, noſtro conſpectui preſentauit. Supplicans humiliter et deuote, ut ipſum et eandem eccleſiam ſuam ſub noſtra et Imperii protectione recipere, necnon idem priuilegium renouare ac de noſtra confirmare gratia dignaremur. Cvius priuilegii tenor talis eſt. In no- | mine ſancte et indiuidue Trinitatis. Fr. diuina favente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Si dignis . . . [Folgt das Privileg — oben Nr. 8] acta ſunt hec anno dominice incarnationis M°. C°. Septuageſimo tercio. Indictione ſexta. Regnante domino Fr. Romanorum Imperatore inuictiſſio | amnno Regni eius viceſimo primo. Imperii uero decimo nono. Data Baſilee, quarto nonas Marcii feliciter amen. Nos igitur predicti Beronenſis eccleſie prepoſiti iuſtis ſupplicationibus benigno condeſcendentes aſſenſu, de innata culmini noſtro clementia predictam Beronensem | eccleſiam cum omnibus bonis ſuis que in preſentiarum iuſte poſſidet, uel in antea iuſtis modis poterit adipiſci, eundem prepoſitum et concanonicos ſuos sub noſtra et Imperii protectione ſuſcepimus et preſcriptum priuilegium Imperatoris Fr., aui noſtri, de uerbo ad uerbum innoua- | ri iubentes, illud de noſtra gratia confirmamus. Ad huius itaque protectionis, innouationis et confirmationis noſtre memoriam et inuiolabile firmamentum, preſens priuilegium fieri et noſtri Sigilli munimine iuſſimus roborari. Huius autem rei teſtes ſunt: Albertus Magdeburgenſis | archiepiſcopus, Engelardus Cicenſis, Gernodus Brandenburgenſis, Conradus Hyldeſimenſis, Heinricus Wormacienſis, Bertoldus Brixinenſis, Albertus Tridentinus, Johannes Virdonenſis epiſcopi, Hugo abbas Morbacenſis, Heinricus pre-

poſitus Conſtantienſis maioris eccleſie; Dyepuldus marchio | de Voheburg, Gvillemus Marchio Montis ferati, Raynoldus dux Spoleti, Heinricus de Herberſten comes, Heinricus comes de Diets, Sifridus comes de Vienna et alii quam plures, | Signum domini Friderici ſecundi dei gratia Inuictiſſimi Romanorum Imperatoriſ ſemper auguſti et regiſ Sicilie (Monogramm). Acta ſunt hec anno dominice incarnationis Milleſimo Ducenteſimo viceſimo tertio. Menſis Marcii, vndecime Indictionis, Imperante domino noſtro FRid. dei gratia inuictiſſimo Imperatore Semper Auguſto et Rege | Sicilie anno eius Romani Imperii Tercio. Regni uero Sicilie viceſimo quinto, feliciter amen. | Data apud Ferentinum, anno, Menſe et Indictione preſcriptis.

Das große Majestätssiegel hängt beschädigt.

Winkelmann, Acta Imperii I, 228—229.

Kopie in Liber crinitus 8 b—9, 44 b—46; Liber Erni fol. 3 b—4.

In Bezug auf die Schreibweise der Namen finden sich folgende Abweichungen im inserierten Diplom vom Original von 1173:

Hohtorf, Sarnon, Cherns, Nvdorf, Chutingen, Starchilhun, Puntenſulza, Ovgheim, Magetovm, Tagemarſeldon, Weinhwihe, Beinwile, Stovſin, Tvfendal, Chulnbare, Meiſterſwanc, Gondolſwile, Hergerſperche, Waldon, Schenchouſen, Ole, Wiſtellacho, Maldeſſwile, Prinſinchon, Langenecho, Entheliboch, Sicchenhuſen, Endefelt, Arneſbach, Winzerlov, Gohehuſen, Brittenowe.

## Nr. 21.

1223, 28. März, Lateran.

Papst Honorius III. beauftragt den Propst von Sankt Immer und den Dekan und Kustos des Stiftes Lautenbach mit dem Untersuch der Klage des Stiftes Münster gegen die Herrn von Heidegg wegen des Hofes Würzerlin.

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis . . prepoſito ſancti Himerii et — — Decano et — The- | ſaurario Lutinbacensi, Basiliensis dioceſis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Dilectus filius — — prepoſitus Beronenſis |

ecclefie ſua nobis conqueſtione monſtrauit, quod Heinricus miles de Heideca et H. filius eius, Conſtanci- | enſis dioceſis villam Wrzerlin, ad prepoſituram ſuam de iure ſpectantem, contra iuſticiam de- | tinent occupatam et reddere contradicunt; alias graues et iniurioſi exiſtentes eidem plurimum | et moleſti. Idcirco diſcretioni ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audiatis omni et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quid decreueritis per cenſuram eccleſiaſticam | firmiter obſeruari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio uel timore ſubtraxerint, per | cenſuram eandem, appellatione ceſſante, cogatis ueritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis | potueritis intereſſe, duo ueſtrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani | V. Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno Septimo.

Die Bulle Honorius III. hängt.

Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, 1, 483.

## Nr. 22.

1223, 23. Mai, Embrach.

Bischof Konrad von Konstanz vermittelt den Streit zwischen dem Stift Münster und den Grafen von Kyburg.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. | Chůnradus dei gratia conſtantienſis Episcopus. Omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quia labentium temporum curſus eorum que geruntur Memoriam ſecum rapit, inuenta ſunt remedia ſcrip- | turarum, ne lites iudicio uel concordia terminate in recidiue contentionis ſcrupulum relabantur. Nouerint igitur tam poſteri quam preſentes, quod poſt graues iniurias atque dampna multiplicia ab Vlri- | co ſeniore, Wernero et Hartmanno, filiis eiusdem, comitibus de Kyburch, irrogata beronenſi eccleſie, propter que ad inſtantiam Tietrici prepoſiti eiusdem eccleſie Ipſi comites excommunicationis ſententie fuerant | innodati et eorum terra ſuppoſita interdicto, Nobis tandem preſentibus et Mediantibus inter ipſos talis compoſitio interuenit, quod dicti

comites firmauerunt iuramento preſtito corporali, ſe et ſuos ſuc- | ceſſores obligando, prepoſitum, canonicos, familias, officiatos et clericos eccleſiarum, quarum iuſ patronatus ſpectare dignoſcitur ad eccleſiam memoratam, nec in rebus exactione aliqua, nec in perſonis | a tempore compoſitionis aliquatenus ſe grauaturos, ſpecialiter hoc expreſſo, quod res clericorum, ſiue canonicorum, nec in uita, nec in morte occupare uel diſtrahere ullatenus attemptabunt. Ad cautelam | etiam inſuper eſt adiectum, ne comites prelibati uel aliquis heredum eorum, ad quem ſpectauerit aduocatia eccleſie antedicte, niſi uocatus, pro iudiciis exercendis aliquo tempore accedere preſumat in villam beronenſem, | excepto bis in anno, duobus diebus in Maio, duobus in autumno cum XL. tantum equitaturis, utraque uice procurationem unius diei ab eccleſie recepturus, reliquo uero die de queſtu ſui iudicii uel aliunde ſine | dampno eccleſie ſibi prouiſurus; alias uero prefatam villam intrare poterunt pro ſue arbitrio uoluntatis, ita tamen, quod eiusdem eccleſie tam laici, quam clerici in aliquibus non ledantur. Inſuper eſt ſtatutum inter eos, quod | cenſibus eccleſie debitis perſolutis uel etiam certificatis nec alicubi propter deſolationem terre uel eccleſie impediantur haberi, ſuper quo et ipſe attendere debet aduocatus. Super aduocatia prepoſiture ſemel tantum | in anno, in autumno ſcilicet, tallii collectam recipiat generalem, hoc excepto, quod in villa beronenſi, prout prepoſitus et nuntius aduocati uel uicarius uno milite honeſto eisdem adiuncto, ſub teſtimo- | nio fidei, conſiderata et rerum et perſonarum circumſtantia ordinauerint, ſummam tallii colligat competentem. Ab his tamen, qui curtes canonicorum inhabitant et ab officiatis eorundem nichil penitus exactu- | rus. Qveſtus etiam omnium iudiciorum per totam prepoſituram due partes prepoſito prouenient, tertia aduocato. Preterea iurisdictio ville beronenſis ad ſolum prepoſitum adeo plenarie pertinet, quod | ipſe ſuum ibidem debet habere rectorem, et nullos ad aduocatum reſpectus habetur, niſi in illis criminibus, que iudicio ſanguinis puniuntur, ſicut furta et huiusmodi maiora auſu temerario perpetrata, | que tamen, ſi pena pecuniaria

redimantur, due partes prepoſito, tercia cedat aduocato. Si uero contigerit, aliquos de familiis canonicorum uſque ad effuſionem ſanguinis manus ſibi inuicem inicere | uiolentas, prepoſitus uel canonici, quorum ſunt familie, ſi poterunt eos ad concordiam perducent aduocato patienter id ſuſtinente; quod ſi eorum diſcordiam ſedere nequierint, uocabitur aduocatus ad conpo- | nendum amicabiliter inter eos; quod ſi et ipſe nequiuerit, ex tunc, iuris ordine ſeruato, procedet. Ad hec ſi prepoſitus uel cellararius aliquem ſeruorum eccleſie ſupradicte ad terram requirat eiusdem excolendam, qui id | facere contradicat, aduocatus non motu proprio, ſed ad petitionem prepoſiti uel cellararii cogat reſiſtentem pro uoluntate eorundem colere terram eccleſie ſepedicte. Seruus autem eiusdem eccleſie non terram | ipſius eccleſie, ſed alienam colens glebam, ſi deceſſerit, rerum relictarum ab illo medietatem prepoſitus, reliquam partem recipiat aduocatus. Si cenſus aliquis eccleſie ultra terminum ſtatutum detinetur | officiati canonicorum, ſi placuerit, aduocato irrequiſito, pignus accipiant debitoris; qui si violenter reſtiterit, cohercеatur auxilio aduocati. Si hanc formam conpoſitionis comites memorati | uel aliquis ſucceſſorum eorundem in aliquo articulorum expreſſo infringere aliquatenus attemptauerit, prepoſitus tunc temporis eccleſie pretaxate, uel aliquis canonicorum ex parte capituli tranſgreſſorum conpo- | ſitionis, ut infra VIII dies pro leſione ſatiſfaciat ammonebit; quod ſi facere contempſerit, Conſtantienſis uel Baſilienſis epiſcopus ad utrumlibet eorum canonicis facilior ſit acceſſus, ammonitione pre- | miſſa, et VIII dierum expectatione indultæ, ſi ſatisfacere non curauerit, quia ex pacto dicti comites ſe et ſuos ſucceſſores ad hoc obligarunt, in priſtinam excommunicationis et interdicti ſententiam reducens | excommunicabit, denuncians eum cum familia et colonis, terram ipſius et eccleſias iure patronatus ad ipſum ſpectantes, ſubiciens interdicto. Quam ſententiam reliquus etiam Epiſcoporum ſine dilatione et difficulta- | te qualibet denuncians, cum requiſitus fuerit, in ſua dioceſy precipiat inuiolabiliter obſeruari. Ut autem forma compoſitionis antedictorum difficilius infirmetur

X Miniſteriales prefatorum comitum | iuramentum preſtiterunt, quod ipſi dum uiuunt, et ſucceſſores eorum poſt eos bona fide et omni malo dolo excluſo adhibebunt conſilium et operam diligenter, ut comites ſupradicti et eorum ſucceſſores | compoſitionem prelibatam ſtudeant modis omnibus obſeruare. Quorum nomina ſunt hec. Chv̊no pincerna. Gottefridus de Ocingen, dapifer. Waltherus de Hallewile, Gottefridus Schado, Waltherus et | Wernerus de Liela, Chv̊nradus de Slatta, Heinricus de Hetelingen, Hartmannus de Schonberch, Petrus de Bůchnaſe. Acta ſunt hec Embriaci, Anno incarnationis domini. M.CC.XXIII. VIII⁰. Kalendas Junii. | Indictione XI. Frederico Imperatore in Sicilia agente, Heinrico filio eius Rege in Alamannia diſponente. Teſtes quibus preſentibus hec acta ſunt, hii ſunt. Chv̊nradus de ſancto Vrbano, Wido | de Capella, Arnoldus de Mure, Heinricus de Monte Angelorum abbates, Heinricus prepoſitus, Waltherus archidiacon Burgundie, Burcardus de Caſtel, Heinricus canonici Conſtantienſes; Wernerus de Phephyngen, Hvgo | cantor, Heinricus de Winna, canonici Baſilienſes; Magiſter Rudolfus canonicus Grandiuallenſis et Magiſter Chv̊no ibidem canonicus. Rodolfus prepoſitus, Burchardus plebanus, Rodvlfus et Vlricus | de Tribſchen, Wernerus et Burcardus cuſtodes, Burcardus Albus, Gerungus Scheko, canonici Turicenſes; Chv̊nradus plebanus ſancti Petri ibidem. Chv̊no, Wernerus Ungſtome, Magiſter Chv̊nradus | de Schalchon, Chv̊nradus de Tocchenburch, Bruno, Heinricus prebendarius, Heinricus Notarius, canonici Embriacenſes. Comes Wernerus de Honberch, Lv̊toldus de Regenſberch, Walterus de The- | gerueld, Rodulfus de Raprecſwilere, Vlricus frater eius de Griffenberch, Rodulfus et Arnoldus de Warta, Bertoldus de Burgolon, Rodulfus de Macingen, Gerungus de Kembiton, Wernerus | et Chv̊no de Tuffen, Egilolfus de Haſile, Vlricus de Gocingen, liberi. Eberardus Molendinarius, Heinricus advocatus, Hvgo et Heinricus Brunones, Heinricus Judimannus, Heinricus de Curia, Ber- | toldus de Porta, Vlricus Thelonarius, Heinricus Orteliebi, Miniſteriales turicenſes et alii tam clerici quam laici, quorum nomina huic pagine inſcripſiſſe legentibus

faſtidium generaret. | Ne autem aliquis articulorum ſepedicte compoſitionis de cetero in dubium reuocetur, uel aliquo etiam auſu temerario infringatur, preſentem cartam ad petitionem tam ſepedictorum comitum | quam Tietrici prepoſiti et capituli Beronenſis eccleſie conſcribi fecimus, eam noſtro et venerabilis fratris noſtri Heinrici Baſilienſis epiſcopi, nec non ipſorum Comitum et dicti prepoſiti et capituli sigillis roboran- | tes.

Die Siegel hängen wohl erhalten an roten Seidenfäden.

Nach einem Duplicate im Stiftsarchiv mit wenigen unbedeutenden Varianten gedruckt im Geschichtsfreund XXVIII, 315—318; Zürcher Urkundenbuch III, 346—348 nach dem päpstlichen Diplom von 1254, 17. April. Nach dem Liber crinitus 12 in Herrgott, Geneal. II, 230, Neugart, Episcop. II, 147, Nobiliaire Suisse II, 13. Nach dem Inserate in der Bulle Innozenz IV. von 1254 im Geschichtsfreund 41, 63—67.

Deutsche Übersetzung von Stiftsnotar Nikolaus Weidmann vom Jahre 1483 im Staatsarchiv Luzern.

Vgl. J. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde II, 1, 494 bis 497; F. E. Pipitz, Die Grafen von Kyburg 54.

Moderne Verdeutschung in Riedweg, Stift Münster 67 bis 70 (Auszug).

Der Chorherr von Tribschen schenkte der Stiftskirche einen Kelch mit der Inschrift: Hoc opus Rudolphus de Tribſchen dat Michaeli anno 1231. M. Estermann, Die Stiftskirche von Beromünster. Luzern 1898, 37.

Die Urkunde Papst Innozenz IV. vom 17. April 1254, wodurch dieser Vergleich bestätigt wurde, hat folgende Varianten: Kyburk, de Hetelingen, de Schoriberch, de Bv̊chnaſe, Chûnradus de ſancto Vrbano, Henricus prepoſitus, Magiſter Chuno; dann fehlt Waltherus scolaſticus; Wernherus de Honberch, de Regenſberch, de Thegerueld, de Rapreсſwilere, de Griffenberch.

Offenbar hatte Bischof Maximilian Christoph von Konstanz 1786 bei Verleihung des Stiftskreuzes an die Chorherrn von Münster diese Urkunde im Sinne, wenn er schrieb: Prædecessores noſtri Episcopi Conſtantienses, præcipue Heinricus I.

ac Eberhardus II., quorum ope atque auxilio fundationes ac jura veſtra ab imminente ruina erepta sunt, da eine rettende Tat nur dem Bischof Konrad, nicht Heinrich I. zugeschrieben werden kann.

## Nr. 23.

1226, Luzern.

Propst Dietrich von Münster belehnt die Familie Margunmettelon mit dem Hofe Sarnen.

Dietericus beronenſis Eccleſie prepoſitus, vniuerſis Chriſti fidelibus imperpetuum. Nouerint preſentis etatis homines et future, Quod ego D. beronenſis prepoſitus cum conſenſu fratrum meorum curtis quam habet Eccleſia noſtra in Sarnon partem dimidiam, quam dimidiam Vlricus de Chilchouen pro cenſu debito annuatim perſoluendo poſſederat, eodem Vlricus eam in manus H. cuſtodis noſtri et Johannis cellerarii noſtri reſignante, Heinricus de Murgunmetelo̊n cum filio ſuo Johanni et Mechtildi, matri Johannis, vxori H. conceſſi poſſidendam, eo tenore et condicione, vt idem H. dictum cenſum quo ad uixerit, integre perſoluat. Poſt mortem eius Johannes loco patris predicta bona obſeruando ſuccedet, quo ſine liberis eccleſie beronenſi pertinentibus decedente, mater eius, ſi ſuperuixerit, ſuccedet, cui filie, quas ex priori viro peperit et ſunt de familia ſancti Michahelis, que etiam aliam curtis partem dimidiam iam poſſederant, ſuccedent; hoc appoſito et irrefragabiliter obſeruando, vt quotquot fuerint filii uel filie ex duobus procreati uel procreate vnus tamen uel una, quem uel quam ex hiis Beronenſis Eccleſia elegerit, prepoſito qui pro tempore fuerit, vnum magnum ſeracium et officiatis Eccleſie ſua iura et ipſi Eccleſie cenſum debitum integre perſoluens, eandem curtem poſſidebit. Preter hec, ſi ad aliquem uel aliquam, qui de familia nobilis R. Comitis de Habſburch, uel alicuius ſucceſſorum eius fuerint ſine liberis decedentem eandem curtis deuoluta fuerit, ipſe R. comes de Habſburch uel aliquis eius ſucceſſor nichil in ea sibi iuris vſurpabit. Sed ad eccleſiam Beronenſem libere de ipſa et pro ut expedierit ordi-

nanda reuertetur. Vt autem hec firma et inconuulſa conſiſtant, duas cartas conſcribi fecimus, eas dicti R. Comitis de Habſburch et eccleſie noſtre Sigillis roborantes, vna apud H. et eius ſucceſſores, altera in armario noſtro diligenter conſeruanda. Acta ſunt hec in Eccleſia Lucernenſi, anno M$^{o}$. CC$^{o}$. XXVI$^{o}$. Friderico Romanorum Imperatore in Sicilia agente et filio eius H. in Alemania regnante. Teſtes H. Cuſtos Beronenſis, Arnoldus Cuſtos Lucernenſis, Bernhardus de Meken, F. Bernhardus de Ottenbach, plebani, Albertus Cinko, H. cellerarius, Berchtoldus an der Murůn, C. Richen, filius, ciues Lucernenses.

Liber crinitus fol. 23 und 23 b.

Gedruckt bei Schöpflin, Alsatia diplom. I, 358—359; höchst ungenau auch im Geschichtsfreund XXIV, 151.

## Nr. 24.

1227, 15. August. Brugg.

Graf Rudolf von Habsburg und seine Söhne Albrecht und Rudolf vergaben an Münster Güter in Bamnach, Sappenheim und Schlierbach.

Rvdolfuſ dei gratia lantgrauius Alſatie et comeſ de Habeſburc, vniuerſis fidelibus Chriſti inperpetuum. Nouerint vniuerſi preſenteſ et poſteri, quod noſ una cum dilectis | filiiſ noſtriſ, Alberto et Rvdolfo comitibus, curteſ, vineaſ ac reſ aliaſ, quaſ Chvnradus plebanus de Bamnach quoad uiueret habere debuit, et quoque | relicta feliciſ recordationiſ Heinricih militiſ de Ormarſhein[1]) nomine dotiſ adhuc poſſidet, et in uita ſua tantummodo poſſidere debet; totum hoc, cuius proprietaſ | ad noſ ſpectare dinoſcitur, cum omni iure, libere et abſque conditione qualibet, beroneniſ eccleſie in honore beati Michaheliſ dedicate, quam leſeramus[2]), tradidimus perpetuo poſſidendaſ. Sunt autem in uniuerſo quatuor iugera uinearum, et ſchopoza una in villa Bamnach, Hvba in Sapenheim, curia in Slirbah

[1]) Ottmarsheim.

[2]) Vgl. hiezu die Stellen im silbernen Plenarium und in Liber reliquiarum oben pag. 22.

et quecunque idem plebanuſ, et ſupradicta | domina, in parochia Otmarſhein hactenus habuerunt; Aduocatiam uero harum rerum baſilienſis eccleſie per manum Hvgoniſ, eiuſdem eccleſie cantoriſ, tranſmiſimus hac conditione: | vt venerabiliſ dominuſ Heinricus, dei gratia baſilienſis epiſcopus, qui nunc preſidet, eiusque ſucceſſores, eam beronenſi prepoſito Theodorico, ſuiſque ſucceſſoribus concedat, et non | alii inperpetuum. Ita quod eadem aduocatia nec per uenditionem, nec per infeodationem, nec alio modo, ad manum laicam, denueniat de cetero, ſed beronenſi prepoſiture inhereat, | nec aliquo caſu alienetur ab eadem. Actum apud Brucgo, anno dominice incarnationis M. CC. XXVII., decimo octauo Kalendas Septembris. Preſentibus Arnoldo abbate de Mvre, The- | odorico beronenſi prepoſito, per manum cuius hec tradita beato Michaheli sunt, Rvdegero de Windenſcho, Alberto de Bruego, Vlrico de Bozeberc, Heinrico de Schinze- | nacho, plebaniſ, et Petro plebano de Hohdorf, Heinrico de Butenhein, Dithelmo, Berhtoldo pinserniſ, Conrado de Vulpiſberc, Arnoldo et Walthero de Wolon, | Heinrico et Eppone de Ræmingen, Burchardo de Phirreto, Conrado de Friccho, Johanne de Amoltero, Hugone qui cognominatur aſinus, militibus; Rvdegero Maneſſun de Ture- | go, Conrado ſculteto de Hamberg, Burchardo Herline et aliiſquam pluribus. In aſſertionem huius rei preſentem cartam ſigillo noſtro et ſigillis filiorum noſtrorum | fecimus communiri.

Die 3 Siegel hangen beschädigt.

Kopie im Liber crinitus, fol. 4.

Gedruckt bei Herrgott, Mon. Habsburg. II, 231—232. Fr. Guillimann, Habsburgica Tiguri p. 212—213; Mediolani 1605; 256—257. Vgl. J. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde II, 1, 504.

## Nr. 25.

c. 1227.

Graf Albrecht von Habsburg und die beiden Grafen Rudolf von Habsburg zeigen der Stadt Mülhausen an, daß

sie die von Ritter P. von Otmarsheim verlassenen Güter an Münster vergabt haben.

A. dei gratia lantgrauius Alſatie — --- ſculteto, aduocato et conſulibus de Mulnhuſen, ſalutem et omne bonum | vniuerſitate ueſtre notum facimus, quod nos, vna cum R. patre et R. fratre noſtro de Habechburc comi- | tibus, proprietatem vniuerſorum, que bone memorie P. miles de Otmarſheim miniſterialis noſter in | morte reliquid, tam hereditatem, quam patrimonium: totum hoc Tietrico Beronenſi prepoſito et per | eum tradidimus Beronensi eccleſie pleno iure; ſuper hiis Beronenſi eccleſie pro nobis, patre et fratre noſtris per preſentes litteras plenariam cvarandiam exhibentes, Ottoni et Hugoni de Ilceche | militibus, in eiſdem bonis nil Juris penitus confitentes.

Das Siegel hängt beschädigt.

Gedruckt bei Guillimann, Habsburg. Tig. p. 313—314; Mediolani p. 257. Herrgott, Gen. II, 232 mit irriger Lesart Muchheim statt Múlnhusen.

Abschrift im Liber crinitus fol. 4 b mit richtiger Lesart Múhnh.; am Schlusse irrig Hilzzeche.

## Nr. 26.

1228. Münster.

Graf Rudolf von Habsburg vergabt an Münster drei Schupossen zu Merlisberg (Herrlisberg).

R. comeſ de Habeſpurc, lantgrauius Alſacie. Omnibuſ Chriſti fidelibus in perpetuum. Nouerint preſentis et future etatis | homines, quod noſ, cum multa mala per incendium et rapinaſ beronenſi eccleſie intuliſſemus, reuerſi tandem ad cor, preter | bona illa, que in Othmarſheim et Sleirbach et Bamnanch et Sappenchen eidem eccleſie ſecundum formam quarundam lit- | terarum ſuper hoc conſriptarum et repoſitarum in armario baſilienſi, contradimus etiam treſ ſcaupotaſ ſitaſ in | Merliſperch in Argoia, ademptaſ a quodam ſeruo noſtro,

nomine Arnoldo de Merliſperch, ad eccleſiam beronenſem | perſonaliter accedenteſ ſuper altare beati archangeli Michaheliſ obtulimus. Hac conditione, vt eadem eccleſia dictas | ſcaupotas pleno jure poſſideat, aduocatia tamen penes nos, dum uiuimus, et heredeſ noſtroſ poſt nos, remaneat. Sic | tamen ut nec nos, dum uiuimus, nec hereſ poſt noſ aliquid inde iure aduocatie poſſideat, niſi eum uel noſ, uel | hereſ poſt noſ ad dictam eccleſiam acceſſerimus, ea die ſtaupum ibi, tamquam canonicus accipiat. Preterea canonici | dicte eccleſie in communionem orationum ſuarum receperunt, et anniuerſarium noſtrum ſe celebraturos promiſerunt in perpetu- | um. Acta ſunt in uilla beronenſi hec anno ab incarnatione domini Milleſimo CC°. XX°. VIIIvo., preſentibus Arnoldo abbate.

Vom Siegel hängt ein kleines Fragment.

Kopie im Liber crinitus fol. 4 b.

Gedruckt bei Herrgott, Mon. Habsburg. II, 235, mit Ergänzung am Schlusse: abbate de Mure. Guillimann, Habsburg., Tig. 314—315; Mediolani p. 257—58. Cl. Eccard, orig. Habsburg. p. 249. Vgl. Neugart. Episcop. Conſtant. II, 196. J. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde II, 1, 504.

## Nr. 27.

1229, 2. Juli, in ecclesia Lucernensi.

Bischof Konrad von Konstanz genehmigt den von Wernherus ecclesie Beronensis canonicus und Magister Kuno, Chorherr zu St. Stephan in Konstanz, als erbetenen Schiedsrichtern im Streite zwischen Abt Heinrich und dem Konvente von Engelberg einerseits und Walther, Leutpriester zu Stans, andrerseits erlassenen Spruch wegen der Präbenden und Zehnten in Stans.

Zeugen u. a. Johannes scolaſticus, Heinricus, Hartmannus, canonici Beronenses.

Original im Kantonsarchiv Stans. Druck: Geschichtsfreund VIII, 254—255.

# Nr. 28.

1230, 1. Juli, Rickenbach.

Vergleich zwischen dem Stift Münster und Arnold, Bürger von Zofingen, wegen einer Schuppose in Langnau.

B. decanus de Ingwile, Vl. plebanus de Eſhibach a domino epiſcopo Conſtantienſi iudiceſ delegati, omnibus rei | geſte noticiam. Sopite iudicio uel compoſitione amicabili queſtiones, ne in litiſ ueniant recidiuum obliuio- | niſ, dampna etiam ut euadant, ſcripture sufragio ad perpetuam memoriam commendantur. Norint igitur | omnes, quoſ oportunum eſt noſſe, quod cum cauſam, que inter prepoſitum et capitulum beronenſem ex una parte, et Arnoldum, ciuem | Zouingenſem ex altera, pro quedam ſhůpoza in uilla Langnowo longe controuerſie diſpendio uertebatur, partibus ſci- | tatiſ et in eccleſia Richenbach coram nobis conſtitutiſ per uiroſ prvdenteſ, concordie amatoreſ, taliſ compoſitio inter- | ceſſit. Predictus A. liti ceſſit, Shůpozam illam litigoſam ſub ſpe gratie in manus reſignans prepoſiti bero- | nenſis, quam idem prepoſitus de conſenſu capituli eidem A. et filie ſue Giſelun, quam ſine filiiſ unicam tunc ha- | bebat, pro annuo cenſv III^bus^ videlicet ſolidis in feſto beati Michahelis perſoluendis in continenti conceſſit ad tem- | pus totum uite ipſorum duorum ſolius patris et filie poſſidendam, ac poſt obitum eorundem ſine omni ceterorum heredum | impetitione, vel ſi cenſum annuum preſtatutum tempus infra dieſ XV. non perſoluerint, libere ac ſine moleſtia | ad beronenſem eccleſiam reuerſuram. Vt autem hec taliter geſta maiori firmitate ſubnixa permaneant | et ſigillis noſtris apoſita ſunt ſigilla nobilium uirorum L. et H. comitum de Vroburch, et ſigilla | Al. prepoſiti ac capituli Zouingenſis. Acta in eccleſia Richenbach anno domini M⁰. CC⁰. XXX. I⁰. die | Kalend. Julii, Indictione III^a^. Huius rei teſtes sunt: Tetericus prepoſitus, Wer. de Surſe cuſtos, Henricus camerarius | Oto de Madelſwile, Vl. de Rota, Růdolfus de Iberch, Petruſ de Chernſ, E. de Langnowo, | canonici Beronenſes. Magiſter A. canonicus Zouingenſis, Petruſ plebanus

de Hochtorf, Tiethelmus, Henricus, | Arnoldus preſbiteri, Henricus Sprenge, Wern. dictus Bv̊rere ciueſ Zouingenſes, Vlricus cocus, Henricus caupo | Chv̊nradus faber de Witwile, Rv̊dolfus de Gunzwile, Vl. de Waldo, Chv̊nradus cavpo, homineſ | de uilla beronenſis eccleſie.

Vom Siegel des Grafen Ludwig von Froburg ist noch der größere Teil des Adlers sichtbar, vom Siegel H. nur ein dürftiges Fragment, vom Siegel des Propstes der Schild mit St. Mauriziuskreuz.

Kopie im Liber crinitus fol. 12 b—13.

Druck: Neugart, Cod. Alem. I, 161 mit irrigem Datum pridie Calend. Julii.

Die Indictio III. weist auf das Jahr 1230.

## Nr. 29.

1231, 15. April, Rothenmann.

Der päpstliche Legat Otto, Kardinaldiakon von Sankt Nikolaus in Carcere Tulliano, bewilligt, die Einkünfte der Kirche Hochdorf während drei Jahren für die durch Brand beschädigte Stiftskirche von Münster zu verwenden.

Otto, miſeratione diuina Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus Cardinalis, apoſtolice ſedis lega- | tus. Dilectis in Chriſto — — prepoſito et Capitulo Eccleſie Beronensi, Conſtantienſis dioceſis. Salutem in domino. | Ex parte ueſtra fuit nobis humiliter ſvpplicatum ut cum Ecceſia ueſtra ſit per incendium miſera- | biliter deuaſtata, nec ad reperationem ipſius proprie ſuppetant facultates, uobis in auxilium repara- | tionis eiusdem fructus Eccleſie in Hocdorf, Conſtantienſis dioceſis, nunc uacantis, in qua iuſ patro- | natus habetis ad aliquod tempus concedere dignaremur. Nos igitur uobis in hac parte pa- | terno compattentes affectu, auctoritate uobis preſentium indulgemus, ut prouentus Eccleſie | predicte, ſi uacat ad preſens et ipſius ad uoſ ius pertinet patronatus, poſſitis ad reperan- | dam Eccleſiam ueſtram per triennium retinere, ita tamen, quod medio tempore faciatis ei per per- | ſo-

nam ydoneam ſufficienter et legitime deſeruiri. Datum Rotemann, XVII. | Kalendas Màii, anno domini Milleſimo CC°. XXXI.

Das Siegel des Kardinals hängt.

Gedruckt bei Neugart, Epiſcop. Conſtant. II, 528—529. Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgen.Bünde II, 1, 485. Wegen des Ausstellungsortes Böhmer-Ficker, Reg. Imp. V, Nr. 10, 135.

## Nr. 30.

1231, 25. Mai, Hagenau.

König Heinrich belehnt den Grafen Ulrich von Kyburg mit der Propstei Münster und ernennt ihn zum kaiserlichen Hofkaplan.

H. dei gratia Romanorum Rex et semper Auguſtus. Fidelibus ſuis vniuerſis Canonicis Beronenſibus. Gratiam ſuam et omne bonum. Accedentem ad nos dilectum conſanguineum noſtrum Vlricum Comitem de Kiburg, baſilienſis eccleſie Canonicum, benigne recepimus et ipſum electum a uobis de prepoſitura beronenſi inueſtiuimus, conſtituentes eum Imperialis aule cappellanum, veluti tenebamur facere prepoſitos dicti loci, cupientes ei dignitates ſuas loco et tempore ampliare. Qua de re mandamus prudentie ueſtre, regia auctoritate firmiter precipientes, quatenus prelibato prepoſito ueſtro de omnibus iuſticiis et rationibus prepoſiture beronenſis obediatis ad plenum et fideliter intendatis; quod qui facere neglexerit, ſciat ſe regalem eminentiam noſtram grauiter offendiſſe. Datum aput Hagenowe, VIII. Kalendas Junii, Indictione IIIIa.

Original fehlt seit 1798.

Kopie im Liber crinitus fol. 4 mit der aus dem 16. Jahrhundert stammenden Randbemerkung: Originale habetur in archio circiter annum 1192. Diese Jahrzahl findet sich auch in Zacharias Göldlin, Kurzer Begriff 1710, fol. 9. Liber Erni fol. 4 b. Statuten der Propstei von 1567 p. 41 zum Jahr 1313. Druck: Lang, Theolog. Grundriß I, 733. Neugart, Episcop. Conſtant. II, 4 und 102. Herrgott, Geneal. II, 200. Chronic. Gotwicenſe 1, 398. Schannat, Vindemiæ II, 185.